

COMMENTARIUS

IN AESCHYLI AGAMEMNONEM.

v. 1, 2. τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων, Φρουρᾶς ἐτείας μῆκος, ἦν κ.: *liberationem ab hisce laboribus, scil. vigilia, quae annua est longitudinis termino, quam* —. Servilis sermonis consuetudo per totum Φύλακος soliloquium a poëta servata est. Memorabilis quidem in his primis oppositionis ratio; verum ea tamen non sine exemplis apud Aeschylum maxime ac Sophoclem, antecedente certe quidem pronomine demonstrativo. Ea est enim horum poëtarum consuetudo, ut adjunctis vocabulis antecedentia magis universe et indefinite pronunciata limitent et declarent. Aesch. Pers. 157. ταῦτα δὲ λιποῦσ' ἰκάνω, Χρυσεοστόλους δόμους. Choeph. 94. τὰδ' ἐκλέουσα, γάποτον χύσιν *cl. S. c. Th. 80 sqq., Eum. 675. Soph. Aj. 1209, Oed. Col. 787.* Deinde accusativi absoluti (μῆκος) sic adjectivis additi non desunt exempla. Prosaici quidem scriptores fort. μήκει h. l. protulissent, Plat. Meno. p. 84. C., quamquam et ii frequentant accusativos μῆκος, ἄριθμον, πλήθος, μέγεθος — ὄνομα, γένος, φύσιν *al.*, sed locis paullo aliter conformatis (Matth. Gr. Gr. 3428. 5. — Eur. Heracl. 689. μαχοῦμαί γ' ἄριθμόν οὐκ ἐλλάσσοσι. Soph. Antiq. 393. ἔοικεν ἄλλη μῆκος οὐδὲν ἠδονῆ). At scrupulum movet Var. lect. μῆκος δ' ἦν in Med. Guelph. Rob., unde μῆκος δ' ἦν in Ald.; item var. lect. in Schol. μῆκος δ' ἦν et μῆκος ἦν Turn. Apte autem adnotavit Wellauerus: „illud δ' patet ab iis profe-